



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasterium S. Iustinae de Padua, caput Congregationis Italicae, quae
nunc Caßinensis dicitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT XCII,

Monasterium S. Iustinæ de Padua, caput Congregationis Italicae, quæ nunc Cassinensis dicitur.

1408.

Ludouicus Barbo, natione Venetus, fuit primum Prior monasterij S. Georgij de Alega, quod est Canoniorum secreari-um Ord. S. Augustini apud Venetos. Anno 1408. creatus postea Abbas coenobij S. Iustinæ de Padua, à Gregorio XII. Papa, mox de reformando ordine monastico cogitare cœpit, à suo monasterio Paduano exorsus. Vnde natum mox nomen Congregationis seu Vnionis S. Iustinæ de Padua, quæ nunc Cassinensis dicitur ob reuerentiam illius archimona-sterij, quod anno 1504. à Iulio II. Papa Congregationi S. Iustinæ incorporatum fuit, ea lege vt deinceps Congregatio Cassinensis dicitur. Ceterum Ludouicus Barbo, tandem ab Eugenio IV. quamquam inuitus, factus Episcopus Turnisinus, obiit anno. 1443. in suo monasterio Paduano conditus.

1504.

Ceterum monachi huius Reformatæ Congregationis à carnibus perpetuo abstinent, nisi ægri sint. Eorum Generales seu Præsidentes non perpetui, sed annales sunt.

(:)